



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies  
quadraginta**

**Flavin, Melchior de  
Parisiis, 1566**

De libertate Christiana, quam nacti sumus per Christum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29986**

ipse pedagogus, sed filiatio quæ nobis cōtingit fide. Ioan. i. & Gal. 3. Vnde in Christo consequimur iustitiam legis: per iustitiam fidei. Christus igitur nos assertuit à maledicto legis dominio, & iugo, à lege peccati, & mortis in qua nascimur: & in Christo exhibetur nobis remissio transgressionum legis. Ephes. i. Hebr. 9. Act. 5. & 10. & 13. Per Christum vobis remissio peccatorū annunciatur ab omnibus qui bus non potuistis in lege Moysi iustificari in hoc omnis qui credit iustificatur.

*De libertate Christiana, quam naēli sumus per Christum.*

C A P. 20

**E**xposuimus iā qui in Christo benedictionem adepti sunt: omnes gentes in Adā maledictæ: cūm ille factus est sub maledicto, & inuētus sicut reus inter diuos maleficos crucifixus: factus est sub lege tanquam seruus legis, ut nos vindicaret ab eius seruitute; Gal. 4. Ipse deum cum esset filius Dei liberissimus. Matth. 17. For. mam serui accepit subditus morbis nostris, Heb. 3. & 4. Item morti quam timuit

Gala. 4.

Matt. 17.

Heb. 3. &amp; 4.

H. iiii

D E R E G N O

Matth. 26.

ut seruus. Matth. 26. submittens se etiam hosti in mébris suis, Hærodi, Pilato, &c. Luc. 22. Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum, quæ nūc mihi dominari videtur tanquam relicto à patre lumen, angelis lucis & apostolis qui erant luminaria mundi. Omnia nunc extingui videntur & solæ tenebræ fæcē obtrudunt. Siquidem eramus peccati serui in continuo timore seruorum. Proverb. 28. Fugit impius nemine persequente. Vide quid timeant Adam & Cayn se abscondentes

Gen. 3. & 4

à facie Domini. Gen. 3. & 4. Degebamus miserrimè sub dura seruitute diaboli ligatis manibus & pedibus. At rex noster Christus sua seruitute nos in gloriosam afferuit libertatem, Luc. 1. & Gal. 4. Iac. 1. & 2. si filius inquit vos liberauerit verè liberi eritis. Hæc autem libertas latius patet & insignius, quam libertas huius nostri sæculi videatur. Vnde magnopere notwithstanding quod ipsis etiam Apostolorum temporibus plurimi abusi sunt Christiana libertate ex August. 14. de fide & operibus & 1. Pet. 2. quasi liberi non quasi velamen habentes malitiæ libertatem &

Galat. 5.

Gal. 5. ne libertatem detis in occasionem

carnis. Illam libertatem quærebant Galatæ: illam expectant Iudæi: illam somniant Anabaptistæ & libertini. suadebat enim se non teneri ad legem vel opera bona quod sufficeret sola fides. Quam sententiam etiam suo tempore tutati sunt multi hebræorum dicti carraim quorum antimachi facti sunt Rabbanim: & quorum sententiæ subscribit potior pars synagogæ huius nostri temporis, afferens præter fidem necessariam charitatem cū operibus bonis: Christus enim vitra fidē vrget & bona opera. Matt. 5. & 7. Omnis Matt. 5. & 7.  
 arbor quæ non fecerit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, & Matt. Matt. 21.

21. Maledicit arbori sterili de qua Lu. 23.  
 In arido quid fiet? Contra hanc hæresim certat Paul. Rom. 2. 6. 7. 8. & 13. usque ad Rom. 2. 6. 7.  
 finem & ad Ephes. 2. Atqui in epistolis 8. & 13.  
 suis Paulus primùm de fide concionatur, Ephes. 2.  
 demùm de operibus. Contra eos (inquit Augustinus) qui docuerunt sufficere fidē sine operibus, strinxerunt suas epistolas Petrus, Ioannes, Iacobus, & Iudas. Vnde in iudicio Christus non iudicabit de fide (qui enim non credit, iam iudicatus est) Matt. 16.  
 sed de operibus Matt. 16. 24. 25. Rom. 14. 24. 25.  
Rom. 14.

DE REGNO

2. Cor. 5. & Apocal. ultimo. Præterea hi libertini fatebantur se non teneri ad obedientiam principum maximè Ethnorum. Ioan. 8. Nemini vñquā seruiuimus. Ea ansa suscitauit plurima dissidia Iudas Theodas Symon Gaulanitis zelotæ, &c.
- Act. 5. Act. 5. Christus tamen, quem iussit pater auditum iri, obediuit Cæsari gentili & idololatræ. Luc. 22. Matt. 17. & iussit alios obedire. Matt. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Itidem Paulus Rom. 13. & 1. Pet. 2. Vnde & si seruitus hominum ora est ex peccato Gen. 9. & 19. Ciuit. Attamen docet Paul. obedire dominis. 1. Cor. 7. Eph. 6. & Coloss. 3. etiam discolis. Ideo maximopere expendendum est, quod in fine mundi, in quo nunc sumus, heretici promittat libertatem carnis 2. Pet. 2. quæ est vilissima seruitus ut viuant homines belial, id est, sine iugo ut liba, 2. Reg. 20. De talibus filiis Belial, quos nos libertinos nuncupamus. Deut. 13. & Iudic. 19. 1. Reg. 2. 3. Reg. 21. & 2. Corinth. 6. conuictio Christi ad Belial; quo nomine vocatus est & diabolus sine iugo; cuius membra sunt, qui sequuntur hanc carnis libertatem quæ est omnium pessima seruitus.

Quam secuti sunt Epicuri, quorum secta  
numerofior fuit aliis tribus sectis philo-  
sophorum, item Machometani, Vualdē-  
ses, Albigenses & hæretici huius nostræ  
ætatis infælicissimæ, qui euocarūt 36. hæ-  
reticorum sectas olim ecclesiæ iudicio &  
 sæculi gladio profligatas, huius impiæ li-  
bertatis primus assertor fuit, Mart. Luthe-  
rus monachus exitius, votifragus, à qua  
lerna orti anabaptistæ Zwingiani, & Ru-  
stici in Germania qui detractabant obe-  
dire dominis suis. Ex quibus diuersis pre-  
liis contra dominos suos tam prophanos  
quam ecclesiasticos perierunt trecenta  
millia: Anabaptistæ enim statuerunt gla-  
dio delere omnes dominos, quos vocant  
impios: & damnant omnes magistratus.  
De illo prothoconcionatore libertatis  
carnis Lutherò prædixit Petrus, 2. Petr. 2. <sup>2. Petr. 2.</sup>  
& Judas in epistola. Nam Arrius debuit  
præcedere Machometum, quortum vter-  
que negat Christi diuinitatem & Mart.  
Lutherus antichristum quorum vter-  
que erit assertor libertatis carnis <sup>Exxi</sup>  
ad incendos homines, <sup>3.01.525</sup>  
more Epicuri.

hi li-  
obe-  
nico-  
mus.  
Judas  
, &c.  
pater  
tili &  
alios  
t Cæ-  
. & i.  
m or-  
Atta-  
. Cor.  
Idco  
id in  
eretici  
. quæ  
mines  
g. 20.  
berti-  
dic. 19.  
onue-  
voca-  
men-  
liber-  
ruitus.